


Handwritten text in cursive script, possibly a signature or name, located in the upper left quadrant of the page.

Nr. 3.




pag. 651, 3.

Her
Wes
fürst



107

107




Dn.

DUO

M

Super

DEBIT



ABE THE
CLIVIA JAC
BURG. DUCH
ALTA MENTE
VOWE... PRO...
ve tenidet in oris
ut nica...
PIA, CUI...
DIES...
erhet,
a vos polus.



VOTUM PUBLICUM
SERENISSIMÆ PRINCIPI AC DOMINÆ
Dn. SOPHIÆ ELISABETHÆ,
DUCI SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, AC
MONTIUM, &c. E MARCHIONIBUS BRANDENBURG. DVCIB.
PRUSSIÆ: PRINCIPI OPT. & FLORENTISS.
Super SERENITATIS EIVS NATALI ALTA MENTE

MEMOR. XXVI.
DECRETUM
CONCEPTUM
NUNCUPATVM

SOLUTUM A LUBENTIB. MER.
ALTENBURGI XX. JAN. A. O. R. clō 13c xli.
DEBITÆ ERGA SANCTISSIMAM PRINCIPEM DEVOTIONIS & PIÆ PRO SALUTE
EIVS AD DIVINAM MAIESTATEM SUPPLICATIONIS ERGO

RLEISSANIS Phœbus quàm suave renidet in oris,
quantò post nebulas purior aura micat!
Scilicet hæc Superos, PRINCEPS PIA, cura fatigat
ut TIBI NATALIS sit sine nube DIES.

O TE felicem, cui sudus militat æther,
ipseque deproperat tam bona vota polus.
Non sunt hæc hominum, DUX INCLUTA, gaudia tantùm;
Ipsi etiam faciunt sic TIBI sacra DII.

Percipe divinis indulta favoribus ergò,
obviaque extentâ gaudia carpe manû:
Sint TIBI pro voto præsentia NUMINA semper,
omnimodâque lares prosperitate beent,
inque sinum cœlô sacratus depluat imber,
quò surgant RUTÆ germina crebra, tuum.
Faxit, iò! faxit SUPERÛM indemensa Potestas,
faxit ut æternæ sint monumenta DOMÛS.

VIVE Sibyllinis fortunatissima seclis,
SAXONICO compar semper amica Duci.
Curre autem felix, niveòque revertere amictû,
atque iterùm atque iterùm festa subinde DIES!

interprete SERENISS. PRINCIPIS servorum minimo
Thoma REINESIO D. & Reip. Altenb. Physico.

ALTENBURGI IN OFFICINA ILLUSTRIS Anno M DC XLI.

AB 180 007

ULB Halle


3

002 378 078



Sb.

VD 77



VOTUM PUBLICUM
SERENISSIMÆ PRINCIPI AC DOMINÆ
Dn. SOPHIÆ ELISABETHÆ,
DUCI SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, AC
MONTIUM, &c. E MARCHIONIBUS BRANDENBURG. DVCIB.

PRUSSIÆ: PRINCIPI OPT. & FLORENTISS.
Super SERENITATIS EIVS NATALI ALTA MENTE

MEMOR. XXVI.
DECRETUM
CONCEPTUM
NUNCVPATVM

SOLUTUM A LUBENTIB. MER.
ALTENBURGI XX. JAN. A. O. R. clō 13c xli.
DEBITÆ ERGA SANCTISSIMAM PRINCIPEM DEVOTIONIS & PIÆ PRO SALUTE
EIVS AD DIVINAM MAIESTATEM SUPPLICATIONIS ERGO

PLEISSANIS Phœbus quàm svave renidet in oris,
quantò post nebulas purior aura micat!
Scilicet hæc Superos, PRINCEPS PIA, cura fatigat
ut tibi NATALIS sit sine nube DIES.
O TE felicem, cui sudus militat æther,
ipseque deproperat tam bona vota polus.
Non sunt hæc hominum, DUX INCLUTA, gaudia tantùm;
Ipsi etiam faciunt sic TIBI sacra DII.
Percipe divinis indulta favoribus ergò,
obviaque extentâ gaudia carpe manû:
Sint TIBI pro voto præsentia NUMINA semper,
omnimodâque lares prosperitate beent,
inque finum coelô sacratus depluat imber,
quò surgant RUTÆ germina crebra, tuum.
Faxit, iò! faxit SUPERÛM indemensa Potestas,
faxit ut æternæ sint monumenta DOMÛS.
VIVE Sibyllinis fortunatissima seclis,
SAXONICO compar semper amica Duci.
Curre autem felix, niveôque revertere amictû,
atque iterùm atque iterùm festa subinde DIES!

interprete SERENISS. PRINCIPIS fervorum minimo

Thoma REINESIO D. & Reip. Altenb. Physico.

ALTENBURGI IN OFFICINA ILLUSTRIS Anno M DC XLI. 1641

